

INQUAM, QUOD AD HOS scilicet precipuos uiros ATTINEAT DE FAMA
 POST RESOLUTUM CORPUS MORTE SUP⁹REMA ? quasi diceret nichil.
 (79) NAM SI HOMINES MORIUNTUR TOTI scilicet ita quod anima non
 remaneat post mortem ut quidam putant QUOD CREDI VETANT NOSTRE
 RACIONES scilicet que probant immortalitatem anime NULLA EST,
 OMNINO GLORIA scilicet post mortem CUM IS OMNINO NON EXTET CUIUS
 EA ESSE DICITUR. (82) SIN VERO MENS BENE SIBI CONSCIA RESOLUTO
 TERRENO CARCERE scilicet post mortem LIBERA PETIT CELUM, NONNE
 scilicet illa anima uel mens QUE CELO FRUENS GAUDET SE EXEMPTAM
 TERRENIS OMNE TERRENUM NEGOCIUM SPERNIT ? quasi diceret sic et
 ita nulla est ei ⁷⁶ cura de gloria que quoddam terrenum est.

[II m 7]

QUICUMQUE SOLAM metrum septimum quod dicitur Archilochicum
 ab inuentore, iambicum a pede predominante, acathalectum id est
 sine habundancia uel defectu sillabe. Constat autem primo uersu
 trimetro secundo dimetro. Recipit autem spondeum in locis
 imparibus et aliquando loco spondei anapestum precipue quinto loco.
 Aliquando autem dactilum et hoc in tercio loco. Loco uero iambi
 in¹ secundo loco aliquando¹ recipit tribracum et in ultimo loco

 76 ei cura de PO eis cura de R cura (in ras.) de J /

1 in secundo loco aliquando ROD aliquando P in primo loco aliquando J /

pirrichium.² In hoc autem metro docet quomodo ex consideratione
 predictorum inducitur homo ad contempnendam gloriam confirmando
 dicta sua quibusdam exemplis. Dicit ergo QUICUMQUE PETIT MENTE
 PRECIPITI SOLAM GLORIAM id est singulariter (2) ^RREDITQUE³ SUMMUM
 id est credit gloriam⁴ esse summum et precipuum inter appetenda
 (3) CERNAT id est consideret⁵ FLAGAS ETHERIS id est partes celi
 PATENTES LATE ARTUMQUE⁶ SITUM TERRARUM scilicet ex celi comparacione.
 (5) PUDEBIT AUCTI NOMINIS NON VALENTIS REPLERE BREVEV AMBITUM.
 (7) QUID O id est admiror QUID SUPERBI GESTIUNT id est cupiunt
 FRUSTRA LEVARE COLLA IUGO MORTALI quasi⁷ diceret miror quod
 inutiliter querunt exuere⁸ se a iugo mortalitatis perpetuacione
 glorie que cum morte⁸ destruitur. Unde dicit (9) LICET FAMA MEANS
 DIFFUSA PER POPULOS LINGUAS scilicet illorum populorum EXPLICIT
 scilicet in laudem tuam (11) ET MAGNA DOMUS id est tua nobilis
 parentela uel familia FULGEAT CLARIS TITULIS, tamen⁹ in fine (12)
 MORS SPERNIT ALTAM GLORIAM INVOLVIT SIMUL CAPUT HUMILE ET CELSUM
 EQUATQUE SUMMIS INFIMA quia nulli parcit. Et hoc manifestat¹⁰

 2 pirrichium RO pirrchium P purrichium J / 3 creditque RPO credit J /
 4 credit gloriam RPO gloriam credit J / 5 consideret RPO considerat
J / 6 artumque] -tum (tū) in ras. J / 7 quasi diceret . . .
 exuere RPO om. J / 8 morte RPO mortalitate (mor^{te}) J / 9 tamen JO
 tum RP / 10 manifestat RPO maneat J /

CREDITQUE

per exemplum uirorum clarissimorum Fabricii scilicet Catonis et
 Bruti quorum post mortem iam fama defecit nec mansit eorum
 memoria nisi apud paucos. De isto Fabricio narratur in ystoria
 Romanorum que dicitur Eutropii libro secundo^a quod cum Pirrus rex
 Epirotarum Tarentinis uenisset in subsidium contra Romanos
 comperto quod Fabricius pauper esset, qui erat unus de legatis
 Romanorum, nunciis missis ad eum optulit ei quartam partem regni
 ut ad se transiret sed Fabricius eum^{††} contempsit. Interiecto
 uero anno cum exercitu missus est Fabricius contra Pirrum, ad quem
 medicus Pirri ueniens promisit se Pirrum ueneno occisurum si sibi
 aliquid polliceretur. Quem Fabricius uinctum iussit reduci ad
 dominum¹² Pirroque dici que contra caput¹³ medicus spondisset.¹³
 Tunc rex Pirrus admiratus dixisse fertur: Ille est Fabricius qui
 difficiliter ab honestate quam sol a suo cursu auerti potest.
 Narratur alibi quod cum Pirrus Fabricio aurum obtulisset pro
 prodenda¹⁴ ciuitate Romana respondit Fabricius: Roma non uult
 aurum sed imperare possidentibus aurum. Propter ista fidelis
 appellatus est, de cuius laude eximia loquens Seneca ad Lucilium
 epistula[†] (que sic incipit: epistula tua per plures questiunculas)

a' II xii

f. 120, 6

contra (Pirrum del.) eum contempsit I / 12 dominum RPO domum J / 13 caput
 medicus spondisset RPeGODM caput suum eius medicus spondisset J /
 14 prodenda RPO prodentura J /

dicit: Fabricius Pirri regis aurum repulit maiusque regno¹⁵
 iudicauit regias opes posse contempnere et medico Pirri promittente
 uenenum se regi daturum monuit Pirrum cauere insidias eiusdem¹⁶
 cum fuit auro¹⁶ non uinci et ueneno non uincere. Brutus autem
 primus consul Romanus erat qui zelo libertatis et iusticie ob
 stuprum Lucrecie plurimum egit ut Tarquinius Superbus regno
 pelleretur, ut in predicta historia Eutropii narratur libro primo,^a
 qui eciam filios suos cum Tarquinio coniuratos et bella mouentes,
 ut Tarquinio restituerent regnum, occidit amorem libertatis patrie
 preponens affectui filiorum. Unde et Virgilius¹⁷ libro sexto
 Eneydos^{*x} inducit Anchisem patrem Enee uelud futuram laudem istius
 Bruti prenunciantem hiis uerbis

consulis imperium hic primus se uasque secures¹⁸
 accipiet, natosque pater noua bella mouentes
 ad penam pulcra pro libertate uocabit.
 infelix! utcumque ferent ea facta minores:¹⁹
 uincet²⁰ amor patrie laudumque immensa cupido.

2. I ix 6 VI 819-823

 15 maiusque regno RP magisque regno J maiusque Q / 16 eiusdem
 cum fuit auro DM eiusdem cū uñ fuit auro R eiusdem cum fuerit auro
PPeG eiusdem animi sine auro J eiusdem animi fuit auro Q / 17 et
 uirgilius POD uirgilius RJ / 18 secures PO securos R securus J /
 19 minores RPO minoris J / 20 uincet RPO uincit J /

Hic eodem anno quo factus est consul in bello contra Tarquinium cum filio Tarquinii congressus mutuis²¹ uulneribus ceciderunt ut patet ex dicta historia. Cato autem hic rigidus dictus est propter rigorem animi qui ad nichil turpe flecti potuit, de cuius rigiditate meminit Seneca in quadam epistola ad Lucilium (que sic incipit: Aliquis uir bonus), ubi, cum suasisset Lucilio quod aliquem uirum uirtuosum obseruaret et sibi tamquam exemplum uiuendi preponeret, subiunxit: elige itaque Catonem; si hic tibi nimis rigidus uidetur, elige remissioris²² animi uirum Lelium. Iste Cato propter zelum iusticie tante fuit auctoritatis ut in iudicanda causa que erat inter Iulium Cesarem et Pompeyem Lucanus ipsum cum diis comparauit libro primo dicens

uictrix causa deis placuit sed uicta Catoni.

Qui cum turpe iudicaret seruire Cesari inuasori rei publice se ipsum interfecit apud Uticam honestum iudicans post libertatem non uiuere. Unde de eo dicit Seneca libro primo ad Serenum quomodo in sapientem nec iniuria nec contumelia cadit: Neque enim Cato post libertatem uixit nec libertas post Catonem. De transitu glorie istorum famosorum uirorum exemplificans²³ Philosophia dicit (15) UBI NUNC MANENT OSSA FIDELIS FABRICII, (16) QUID BRUTUS AUT RIGIDUS CATO ? quasi diceret quid manet de gloria istorum nunc?

a I x t I, II, c. 8-10

c I 128 d II ii, c. 2 et sequ

21 mu tuis J / 22 remissioris PO remissionis (remissiois R
remissiores J / 23 ex'ficans JO ex'ficás R exercitans P /

utique modicum ualde scilicet hoc solum quod (17) TENUIS FAMA
 SUPERSTES SIGNAT INANE NOMEN ideo inane quia illi quorum est
 nomen non sunt PAUCULIS LITTERIS scilicet ^c scriptis in epitaphiis
 eorum. (19) SED QUOD NOVIMUS DECORA VOCABULA, (20) ^{NOVIMUS} ~~NUM~~ DATUR
 id est conceditur ESSE CONSUMPTOS quasi diceret sic: unde hec
 nomina scripta non dant immortalitatem sed potius mortis
 commemoracionem. (23) QUOD SI PUTATIS LONGIUS VITAM TRAHI AURA
 id est fama NOMINIS MORTALIS, (25) CUM SERA DIES id est ultima
 dies ECIAM NOBIS HOC RAPIET quia necessario talis fama aliquando
 cessabit (26) IAM VOS id est apud uos MANET MORS SECUNDA quia
 scilicet tunc prima mors fuit in cessacione uite naturalis per
 separacionem anime a corpore. Si autem fama nominis manentis post
 talem mortem sit quedam uita, cum cessabit hec fama cessabit ista
 uita et eueniet uobis mors secunda.²⁵

[II p 8]

SED NE ME prosa octaua in qua Philosophia postquam ostendit
 bona Fortune non multum appetenda, ostendit¹ quod bonum est in
 Fortuna. Et circa hoc duo facit. Primo ostendit cuiusmodi bonum²
 est Fortuna.² Secundo occasione cuiusdam dicti ponit quandam

 24 num JD non PPeGOM / 25 mors secunda secunda J /

1 ostendit PeGMD dicit PJO om. R / 2 bonum est fortuna PPeGOM est
 in fortuna J esse in fortuna D om. R /